



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

iiij. Aduertenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

sumuntur participes. Vnde etiam si mendaciis, fraudibus, vel etiam vi militem quis civium impediatur, ne ipsius miles diripiat, non tenetur civis ad restitutionem.

31 Sequitur sextò, idem dicendum de testibus, qui falso testimonio impediunt sententiam, & consequenter confiscationem bonorum, quia ex dictis fisco, vel actor non habet ius ad bona occupanda, nisi post sententiam Iudicis positam: quapropter, hac non posita, non fit iniuria fisco, vel actori ex hac parte, tum quia principalis author, & qui mandat, ad restitutionem non tenetur: ergo neque tenebuntur secundarii, qui illum iuvant, seu cooperantes, & adiuvantes: tum quia ab huiusmodi testibus fisco, detecta falsitate, non solet exigere compensationem damni, quod bona rei ipsi non obtulerint, sed solum solet illos punire, tanquam periuros: ergo signum est, quod non censetur sibi ab illis factam iniuriam restitutioni obnoxiam.

32 Sequitur septimò, idem dicendum de Procuratore Fiscali, si in dictis casibus non accuset. Idemque de Iudice, si in iisdem casibus non condemnet, quod scilicet neuter istorum ad poenae compensationem fisco, vel actori teneatur.

13 Damnatu ad carcerem, vel ad exilium debet eo se conferre, & ibi manere.

14 Damnatu ad abstinentiam, vel sui ipsius flagellationem moderatam, & non infamem, debet eam prestare.

15 Reus postquam per Iudicis sententiam condemnatus est ad poenam mortis, mutilationis, vel flagellationis publicae, & infamiae, debet ad illam cooperari, indirectè tamen, & per accidens; secus directè, & per se.

16 Damnatu ad venenum bibendum non tenetur obedire, quia qui venenum sciens bibit, non minus directè, ac positivè ad sui occisionem concurret, quam si liquidum, ac feruens plumbum hauriat.

18 Directa, & positiva sui ipsius occisio non potest neque iussu executionis mandari.

18 Damnatu ad mortem inedia patiendam, non tenetur cibum sibi clavculum contra Iudicis voluntatem subministrantem recusare, sed licitè potest illum acceptare.

19 Damnatu ad mortem inedia patiendam potest cibum recusare, si illi clam offeratur, quia non concurret activè ad mortem suam, sed eam fortiter sustinet amore iustitiae.

SECTIO III.

Aduertenda.

SUMMARY.

1 Defendens se falsis testibus in casibus supradictis, tenetur ad expensas litis: laedens aliquem ad expensas medicorum, & non solvens iustum vestigal, ad illius solutionem.

2 Pactum, quod pignus incidat in commissum, licitum est, & mora solutionis interveniente, etiam cessante pacto licitum est pignus detrahare postquam ter denunciatum est debitori, ut solvat.

3 Creditor, si pignus distrahat, non potest (saltem in foro externo) neque per interpositam personam illud emere.

4 Poena triplex est, legalis, iudicialis, conventionalis, & qua singula sunt.

5 Poena legalis benigniorem interpretationem admittit quam poena conventionalis, & iudicialis.

6 Parochus, qui ex lege poenali tenetur fieri sacerdos intra annum, alias vacet beneficium, non contrahit talem poenam anno non elapso.

7 Poena conventionalis (sicut iudicialis) constituta, nisi ad certum tempus aliquid peractum fuerit, tempore culpabiliter elapso contrahitur.

8 Poena ante tempus contracta peti non potest nisi tempus statutum advenierit.

9 Assignatur aliud discrimen inter poenam statutam ab homine, & statutam à lege, & quodnam sit.

10 Obligatio poenalis dicitur conventionalis, & ab homine proveniens, & ideo si is, qui novit, sit in mora culpabili, v. g. ingrediendi Religionem, vel prorogationem, vel dispensationem obtineat à summo Pontifice.

11 Reus postquam per Iudicis sententiam condemnatus est ad poenam honestam, & non nimis acerbam, debet illam per seipsum exequi.

12 Reus damnatus ad poenam pecuniariam debet eam solvere, quamvis expectare possit donec exigatur. Limita nisi Iudex expresse iubeat, quod reus sine alia admonitione pecuniam per se asferat.

Thom. Delbene de Immunit. Eccles. Pars I.

Aduerte tamen, quod si in aliquo ex dictis casibus aliquod damnum iniuste inferat is, qui res suas tuetur, teneatur ad restitutionem, v. g. si falsis testibus se defendat, teneatur ad expensas litis; si resistendo laedat, teneatur ad expensas medicorum; si vestigal iustum non solvat, teneatur ad solutionem illius, &c. Idemque dic de adiuvantibus, & cooperantibus.

Aduerte secundò, quod licitum sit pactum, ut si debitor in mora solvendi fuerit, verbi gratia si pensionem, vel censum biennio non soluerit, pignus, vel hypotheca statim distrahi possit, atque inde accepto debito, quod reliquum est, debitori restituatur; si cuti colligitur ex dictis sect. p. accedenti, ad tertiam difficultatem, & ex leg. si convenit, ff. de pignor. act. Quia etiam si nihil conventum fuerit de pignore distrahendo, adhuc illud distrahi poterit biennio post moram, & interpellationem debitoris, l. ubi, Cod. de iure domini. Item et si conventum fuerit, ut pignus distrahi non possit, adhuc postquam ter denunciatum est debitori, ut solvat, bienniumque interim elapsum est, pignus distrahi poterit, cit. l. convenit, & docet Gloss. ibi, Silu. verb. Pignus, quest. 10. & Nauarr. cap. 27. num. 205. Quamvis si creditor pignus distrahat, non possit (saltem in foro externo) ipsemet, neque per interpositam personam illud emere, l. & qui, Cod. de distract. pignor.

Aduerte tertio, quod (cum ex dictis etiam supra loco cit. ad tertiam difficultatem,) detur triplex poena, una legalis, quae lege propter culpam decernitur: alia iudicialis, quae à Iudice in particulari causa imperatur: tertia conventionalis, quae per partium contrahentium consensum, solvenda ab eo, qui verbi gratia à contractu recesserit, vel in mora culpabili fuerit restituendi debitum, statuitur, leg. si pacto, Cod. de pactis, & in cap. significante, de pignoribus) inter hac poenarum genera discrimen, præter assignatum supra, aliud sit, quod scilicet benigniorem aliam interpretationem admittat poena legalis, quam conventionalis, & iudicialis, sicuti notant Bart. & alij passim in l. cum stipulatus, ff. de verb. obligat. & Sanchez lib. 4. mor. cap. 22. numero 25. Nam si lege poenali decretum fuerit, quod ad certum tempus aliquid peractum sit, alioquin poena contrahatur (verbi gratia nisi Parochus intra annum sacerdos factus fuerit, ipsius beneficium vacet, cap. licet canon, de elect. in 6.) talis poena, priusquam annus integer elapsus

- 7 elapsus sit, non contrahitur, *cap. commissa, eod. tit. in 6.* At verò pœna conuentionalis (sicut & iudicialis) constituta, nisi ad certum tempus aliquid peractum fuerit, statim (cum tantum temporis culpabiliter elapsum est, vt in reliquo tempore illud perfici certò non possit) incurritur, *citat. leg. cum stipulatus, & docet Gloss. in leg. in illa stipulatione, ff. eod.*
- 8 vbi tamen rectè subdit, & sumitur ex *leg. hoc iure, & leg. si ita stipulatus essem, ff. eod.* quod licet in hoc casu ante tempus pœna contracta sit, peti tamen illa non possit, donec tempus statutum aduenerit: quapropter
- 9 in effectu discrimen, præter assignatum supra, hoc aliud est inter pœnam statutam ab homine, & statutam à lege, quod si ante lapsum tempus (quando iam opus perfici non posse certum est, terminus prorogatur, non contrahitur pœna legalis, sed pœna conuentionalis permanet; quippe quæ ante prorogationem temporis incurta est, sicut colligitur ex *ci. l. cum stipulatus, & docent communiter Doctores, quare*
- 10 mitius agitur cum lege, quam cum homine, ait Gloss. in *l. Celsus, ff. de recept. arbitr.* & videri potest Sanch. loco supra cit. num. 26. vbi propterea idem docet de voto pœnali; quippe cuius obligatio quasi conuentionalis est, & ab homine proueniens: quapropter si quis votum edidit, v. g. Religionis ingrediendæ, nisi intra certum tempus, v. g. biennium, aliquod opus perfecit, postea verò, cum illud, culpabili mora interposita, in reliquo biennij tempore perficere non possit, temporis prorogationem, vel dispensationem à summo Pontifice impetrat; non ideo pœna hæc adiecta, & iam contracta, censeri debet sublata, si eius mentio specialis facta non sit.
- 11 Aduerte quartò, quod reus postquam per Iudicis sententiam condemnatus est ad pœnam honestam, & non nimis acerbam, debeat illam per seipsum exequi, quia quisque subditus superiori suo iusta, & moraliter possibilia i operanti obedire debet. S. Th. 2. 2. q. 62. art. 3. Caiet. *ibid.* q. 69. art. 3. ad 4. Nauarr. *comment. 4. de Regul. num. 63.* Driedo de *libert. Christ. cap. 6.* Suarez de *legib. lib. 3. cap. 10. num. 15.* Salas *disp. 15. sect. 7.* & Castrus *lib. 2. de lege pœn. cap. 5.*
- 12 Hinc damnatus ad pœnam pecuniariam debet eam soluere, quamvis expectare possit, donec exigatur; sicuti supra cit. *sect. superiori* dicebam, & docent Nauarr. *cap. 23. n. 66.* & Salas *lo. cit. n. 82.* Excipe, nisi Iudex expressè iubeat, quod reus sine alia admonitione pecuniam per se afferat.
- 13 Secundò, damnatus ad carcerem, vel ad exilium, debet eò se conferre, & ibi manere. Doctores in locis supra citatis.
- 14 Tertiò, damnatus ad abstinentiam, vel sui ipsius flagellationem moderatam & non infamem, debet eam præstare. Sot. de *inst. lib. 1. q. 6. art. 6.* Suar. de *legib. lib. 5. cap. 10. num. 17.* Valq. *disp. 173. cap. 3.* & est in vsu in quibusdam Religionibus, & Tribunali Officij S. Inquisitionis.
- 15 Aduerte quintò, quod reus, postquam per Iudicis sententiam condemnatus est ad pœnam mortis, mutilationis, vel flagellationis publicæ, & infamiæ, debeat ad illam cooperari, indirectè tamen, & per accidens, quatenus id conueniens, vel necessarium est ad publicæ iustitiæ pœnam perferendam, ne legitimæ potestati resistere videatur; quare damnatus ad furcam debet scalas conscendere, damnatus ad gladium debet collum præbere.
- Quamvis non debeat ad illam cooperari directè, & per se, quia directè, & per se in seipsum pœnam tam acerbam, vel ignominiosam exercere (vt seipsum in publico foro flagellare) est quid nimis à natura hominis alienum, & præceptum moraliter impossibile. Sotus, Suarez, & Vasquez in locis supra cit. Quapropter rectè dixit S. Thom. 2. 2. *quest. 96. art. 4. ad 2.*

Sot. *lib. 5. quest. 6. art. 4. in fin.* Driedo *cit. art. 6.* & Castrus *lib. 2. de lege pœn. cap. 3.* quod reus interdum à Iudice damnatur ad agendum, nempe in mitioribus pœnis pecuniæ, vel carceris; interdum verò ad patiendum, nempe in grauioribus, mortis, mutilationis, vel captiuitatis perpetuæ.

Hinc damnatus ad venenum bibendum non tenetur obedire, quia qui venenum sciens bibit, non minus directè, ac posituè ad sui occisionem concurrit, quam si liquidum, & feruens plumbum bibat, vel gladio se confodiat: at directè, & posituè sui ipsius occisio non potest neque iuste executioni mandari, neque iuste imperari: ergo, &c. Caiet. *cit. q. 69. art. 4. ad 7.* Sot. *cit. q. 6. art. 4.* Couar. 1. *resol. cap. 14. num. 8. in fin.* Sayr. *lib. 7. cap. 9. num. 26.* Salon. *quest. 96. art. 4.* Quamvis contrarium doceant Victoria *relect. de homic. num. 30.* Cordub. *lib. 1. q. 36.* Aragon. 2. 2. *q. 69. art. 4.* & Sà *ve b. Iudicialis in reo, num. 12.* Quapropter reus conformare se poterit probabili sententiæ Iudicis ita præcipientis, non tamen ad id obligatur, cum sit præceptum inhumanum, & ex alio capite facile possit aliud supplicium decerni.

Secundò damnatus ad mortem inedia patiendam, non tenetur cibum sibi clanculum contra Iudicis voluntatem subministratum recusare, sed licitè potest illum acceptare, & comedere, quia minus difficile est mortem subire, si vitare illam facile possit: sic contra Dried. *lib. 2. de libert. Christ. cap. 6. dub. 1.* tradunt S. Th. 2. 2. *quest. 96. art. 4.* Henric. *quodlib. 9. quest. 26.* Salon. *ibid.* Sotus de *iust. lib. 5. quest. 6. art. 4.* & Sà *loc. supra citat. num. 11.*

Quamvis possit illum recusare, quia non concurrit actiue ad mortem suam, sed eam fortiter sustinet amore iustitiæ: sic contra Caietanum, Aragonium. Castrum *locis supra cit.* Couar. *num. 20.* & Vasquez *disp. 174. cap. 4.* tenent Sotus, & Sayrus *locis etiam supra cit.* Maior. in 4. *dist. 15. q. 22.* Toletus *lib. 5. cap. 6.* & Petr. Nauarr. de *rest. lib. 2. cap. 3. n. 72.*

SECTIO IV.

An reus captus possit licitè fugere?

SUMMARIUM.

- 1 Reus captus potest ante sententiam Iudicis licitè fugere, quia carcer in tali casu non se habet per modum pœnæ, sed solum per modum custodiae.
- 2 Reus potest etiam post sententiam mortis, mutilationis, vel cuiuscunque alterius similis mali grauis licitè fugere, & cur.
- 3 Reus potest ad euitandas pœnas vincula, & carceres licitè perfringere, & quare, etiamsi damnatus sit ad perpetuos carceres, ad virescentes, vel ad seruitutem.
- 4 Limita nisi iuramento, vel voto ad ibi permanendum sit obstrictus.
- 5 Religiosus iuste ad perpetuum carcerem damnatus fugere licitè non potest, quia ratione voti obedientia tenetur Prælati obedire in omnibus, quæ sunt secundum regulam, & accessoria ad regulam.
- 6 Opinio, quod reus post sententiam latam non potest licitè fugere à carcere, non est improbabilis.
- 7 Reus etiam ad grauissimam pœnam damnatus, quamvis possit licitè fugere, potest etiam licitè non fugere, sed amore iustitiæ Iudicis sententiæ se conformare.
- 8 Reus in omni casu, in quo licitè potest fugere, eiusque rei causa compedes, & carceres effringere potest etiam